HENRICI NORISII
VERONENSIS AUGUSTINIANI

TIT. S. AUGUSTINI S. R. E. PRESBYTERI CARDINALIS
ET SANCTAE SEDIS APOSTOLICAE BIBLIOTHECARII

OPERA OMNIA

Nunc primum collecta atque ordinata.

TOMUS QUARTUS

CONTINENS NONDUM VULGATA

Præfationes, Vitam Auctoris Eminentiſſimi, Obſervationum libros tres in opera ſacra eiuſdem Cardinalis, diſſertationes, indicemque locupletiſſimum

ADDIDERE

PETRUS AC HIERONYMUS FRATRES BALLERINII

PRESBYTERI VERONENSES.

VERONAE MDCCXXXII.

EX TYPOGRAPHIA TUMARMANIANA

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO EXCELLENTISSIMI SENATUS AD ANNOS XV.

COMITI OTTOLINO OTTOLINIO

Petrus & Hieronymus Fratres Ballerinii
Presbyteri Veronenſes.

QUum illud recte a Maioribus noſtris traditum ſit, duo in libris nuncupandis eſſe præſertim animadvertenda, primum ut iis dedicentur, queis plurimam gratiam debeamus, deinde iis, qui eo munere ſint quam maxime digni: nos hoc volumen evulgaturi, quod quartum quidem eſt in editione Operum Cardinalis Noriſii, at unicum eſt vere noſtrum, diligenter circumſpicientes, cui potiſſimum illud inſcriberemus; inter plures clariſſimos, & ampliſſimos viros,

quibus

INDEX

Eorum quæ ſingulis tomis continentur.

Tomo I.

Hiſtoria Pelagiana pag. 1.
Diſſertatio Hiſtorica de Synodo V. œcumenica, in qua Origenis ac Theodori Mopſueſteni Pelagianæ ſcholæ doctorum iuſta damnatio exponitur, & Aquileienſe ſchiſma deſcribitur. pag. 541.
Vindiciæ Auguſtinianæ, quibus S. Doctoris ſcripta adverſus Pelagianos ac Semipelagianos a Recentiorum cenſuris aſſeruntur. pag. 857.
Adventoria P. Franciſco Macedo, in qua de inſcriptione libri S. Auguſtini de Gratia Chriſti diſſeritur. pag. 1297.
Reſponſiones P. Franciſci Macedi adverſus propoſitiones parallelas Fratris Io. a Guidicciolo ab Annibale Riccio collecta. pag. 1333.
Confutatio Palinodiæ ſub nomine P. Henrici Noris publicatæ. pag. 1361.
Reſponſa P. Franciſci Macedi adverſus Gerras germanas Germanitatum Cornelii Ianſenii & Henrici Noris. pag. 1389.
Huic accedit Confutatio pſeudepiſtolæ ſub nomine P. Henrici Noris per dolum publicatæ. pag. 1495.

Tomo II.

Annus & Epochæ Syromacedonum in vetuſtis urbium Syriæ nummis præſertim Mediceis quinque Diſſertationibus expoſitæ. pag. 1.
Faſti Conſulares Anonymi e manuſcripto Bibliothecæ Cæſareæ deprompti pag. 594.
Diſſertatio ad eoſdem Faſtos. pag. 612.
Epiſtola ad V. C. Antonium Pagium de nummo Herodis Antipæ. p. 646.
Diſſertatio de Paſchali Latinorum Cyclo annorum LXXXIV. pag. 674.
Diſſertatio de Cyclo Paſchali Ravennate annorum XCV. pag. 738.
Epiſtola Conſularis, in qua collegia LXX. Conſulum ab anno Chriſtianæ Epochæ XXIX. uſque ad annum CCXXIX. in vulgatis Faſtis hactenus perperam deſcripta corriguntur, ſupplentur, & illuſtrantur. pag. 850.
Diſſertatio de numiſmate Impp. Diocletiani & Maximiani. pag. 1064.
Diſſertatio de numiſmate Liciniani Licinii Auguſti. pag. 1116.
Diſſertatio chronologica de Votis decennalibus. pag. 1172.

To-

Tomo III.

Cenotaphia Piſana Caii & Lucii Cæſarum diſſertationibus illuſtrata, in quibus Coloniæ Iuliæ Piſanæ origo, vetuſti magiſtratus, & ſacerdotum collegia: Cæſaris utriuſque vita, geſta, & annuæ eorumdem inferiæ exponuntur: ac aurea utriuſque Cenotaphii Latinitas demonſtratur: cum parergo de annis regni Herodis, de Præſidibus Syriæ, ac Romanis in Aſia Provinciis. pag. 1.
Hiſtoria controverſiæ de uno ex Trinitate paſſo. pag. 775.
Apologia Monachorum Scythiæ. pag. 879.
Anonymi Scrupuli circa veteres Semipelagianorum ſectatores evulſi, & eradicati. pag. 943.
Reſponſio ad Appendicem Auctoris Scrupulorum. pag. 1015.
Ianſeniani erroris calumnia ſublata. pag. 1057.
Cenſura in notas Io. Garnerii ad inſcriptiones epiſtolarum Synodalium XC. & XCII. inter Auguſtinianas. pag. 1107.
Somnia quinquaginta Fr. Macedi in Itinerario S. Auguſtini poſt baptiſmum Mediolano Romam excuſſa. pag. 1181.
Parænesis ad V. C. Io. Harduinum. pag. 1263.

Tomo IV.

Hiſtoria Donatiſtarum ex Noriſianis ſchedis excerpta, in ordinem digeſta, & ſuppleta. pag. 1.
Appendix ad eamdem hiſtoriam, ſeu Lectiones Noriſianæ habitæ in Academia Piſana. pag. 599.
Hiſtoriæ Gotheſcalcanæ Synopſis. pag. 681.
De Sanctitate Siricii Papæ diſſertatio. pag. 721.
Corrigenda, & addenda ad hiſtoriam Pelagianam. pag. 733.
Epiſtolæ variæ. pag. 751.
Appendix ad Noriſii editionem, ſeu obſervationum in ſacra Noriſii opera libri tres. pag. 819.
Defenſio Noriſianæ diſſertationis de Synodo V. adverſus P. Garnerium pag. 985.

HEN-

HISTORIÆ DONATISTARUM
PARS PRIMA
CAPUT I.
GEOGRAPHIA AFRICANA.

A CUm hæreſis Donatiſtarum intra Africam inſames natales ſortita ſit, ac univerſam provinciam brevi occupatam integro ſæculo infandis calamitatibus afflixerit; antequam teterrima illius peſtis clades mihi deſcribatur operæ pretium duxi totius Africæ ſitum, tum eiuſdem civilem, atque eccleſiaſticam politiam, ordinemque digerere. Ita ſane celebres quique ſcriptores, qui gentium tum pace, tum bello geſta in literas mittunt, regnorum aut provinciarum, quarum hiſtoriam enarraturi ſunt, ſitum ac politicum ſtatum initio ſtatim præmittere ſolent, ut clarior poſtea rerum inibi geſtarum notitia habeatur. Africa tertia orbis pars veluti magna peninſula ad ortum Erythræo pelago clauditur; a cuius faucibus uſque ad Gades Oceano longo ambitu cingitur, a Gadibus vero uſque in Ægyptum mediterraneo Mare, qua Septemtrionem reſpicit, terminatur. Omiſſis vero Æthiopibus, aliiſque barbaris gentibus, quæ interiora Africæ uſque ad oceanum accolunt, eas provincias deſcribam, quæ Romano imperio ſubiectæ, eccleſiæ etiam catholicæ imperio acceſſere; & ne has quidem omnes, ſed eas ſolummodo, quæ ad imperium occidentale ſpectarunt; has enim ſolum Donatiſtarum
B hæreſeos flamma corripuit. Africa in duas veluti partes dividitur; nam a Syrti minore verſus ortum dicitur Cyrenaica a Cyrene Pentapolitanæ provinciæ Metropoli, quam deſcribit Plinius lib. 5. cap. 5. Hanc Auguſtus ex Dione lib. 53 Senatus Romani poteſtati commiſit; poſtea vero diviſo inter filios Conſtantini imperio, illa pars Africæ ſpectavit cum Ægypto ad imperium Orientale ſub cura Præfecti Prætorio Orientis, & quod ad eccleſiaſti-